

GRANDCHAMP B. M. V.

Grandis Campus — Gambeseu, Gambeziolum.

Cant. Houdan, arr. de Mantes — Dép. Seine-et-Oise, Dioc. Chartres, nunc Versailles. — Vitetur confusio cum prioratu cluniacensi eiusdem nominis. (Dioc. Meaux)

Abbatia, cuius origo, ex defectu archivorum, tenebris est obvoluta. Secundum traditionem communiter acceptam, fundata est anno 1214 a Simone IV de Montfort. Atqui constat, probante nuper canonico Tenaille, eam esse fundatam longe prius. Inveniuntur enim anno 1165 canonici Praemonstratenses in Gambaiseuil, deservientes ibi parochiam. Non elucet, unde venerint, nec qui hanc domum fundaverit. Anno 1188 datur confirmatio pontificia „Willelmo priori Stae. Crucis de Gambezolo“¹⁸⁾. Lustris sequentibus multa adquiruntur bona, canonia transfertur in Grandchamp, et quidem ante annum 1208. Anno 1214, Simon de Montfort et Amicia eius uxor, abbatiae confirmant donationes a parentibus factas novasque addunt. Secundum Hugo erat filia Praemonstrati¹⁹⁾. Parochiae incorporatae: Gambaiseuil, Grandchamp St. Blaise, St. Jacques du Houel, Lignerolles, St. Projet. Prioratus simplex: St. Germain-le-Gaillard (1178), et capellae: Breuil-St. Thibaut, St. Blaise-du-Tilleul, Haut Breuil, Ogis. Habuit sex feoda, et refugium in Chartres. Mensa abbatialis valuit 2700 Libras. Saeculo XVI tantopere devastata est in bellis, tot passa est praesertim a parte haereticorum anno 1568 (qui interfecerunt omnes canonicos praeter unum, qui a fide defecit), ut non amplius potuerit se relevare. Anno 1607 abbas quidam regularis aedes aliquomodo restauravit. An. 1663 unus tantum religiosus fuit in loco. Cum anno 1680 iterum esset combusta, Abbas Generalis anno sequenti monasterium suppressit, et mensam conventualem (900 Libr.) adiudicavit Collegio Parisiensi Ordinis. Titulus abbatialis perseveravit, sed unus tantum canonicus abhinc ibi residebat. Aedes monasterii, quae fuerant constructae an. 1400²⁰⁾, an. 1785 fuerunt ruinae proximae. Ultimus abbas commendatarius coepit reconstructionem, sed non perfecit. Superest pars ecclesiae, et turris eius e saec. XIII, sicut et domus abbatialis saec. XVIII.

Archivalia: Arch. Dép. Seine-et-Oise 47 H 1 (98 documenta 1199/1786). Coll. de Dion I 235/53, VI 271. MS E. Grave, *Le Canton de Houdan*. Fonds abb.

¹⁸⁾ Arch. N. Paris, S 4349.

¹⁹⁾ Amalricus de Charmoye, canonicus ecclesiae cathedralis Laudunensis saec. XII, erat ex familia toparcharum loci. TENAILLE p. 2 putat illum direxisse adventum Ordinis in hanc regionem, de consilio forte Bartholomaei de Joux, episcopi Laudunensis.

²⁰⁾ BN FL 11 065.



de Neauphle doc. julii 1294. — Arch. Dép. Eure-et-Loir ISAD G 3145, Liasse X sac 13 — Arch. N Paris S 4349, 2 fasc. (Arch N Paris LL 1593, quod indicat WAEFELGHEM, revera spectat ad prioratum Grandchamp OSB).

Fontes et Litteratura: HUGO I 763 — WAEFELGHEM 100 — BEAUNIER/BESSE I 239 — COTTINEAU 1322, 2109, 2141 — DARAS 61 — DELISLE *Roul.* 414 — DOUET D'ARCQ ISAN III 8236, 8740, 9310 — FISQUET *Chartres* cf. ind. — *Form. Pr.* nr. 62 — *Gall. Chr.* N. VIII 1332 — GOOVAERTS I 336 — *Lettr. com. Jean XXII* 8820 — ISAD *Seine-et-Oise* H pp. 81/82 — LONGNON *Pouillés* IV 137, 174, 209 — STEIN 1598 — BOURSELET et CLERISSE, *Mantes et son arrondissement*, Mantès, 1933, pp. 168/69 — M. GAUTIER, *Histoire de l'Abbaye royale de ND de Grandchamp*, (*MSAr Eure-et-Loir* XIII, 1899, 132/253. Continuatio MS asservatur apud archivum SAr Eure-et-Loir, MS 5166) — Ch. TENAILLE, *Petite histoire de l'Abbaye Royale de N. de Grandchamp*, Paris 1948 (cf. *Anal. Praem.* XXV 124. Modo succincto iam fuerat publicatum in *MSAr Rambouillet* XXX, 1940, 53/61).

De prioratu St. Projet: Rég. Léon X, 4442.

Series abbatum (nisi aliter notetur, secundum TENAILLE)

Balduinus 1200	Gulielmus 1451/60
Theobaldus 1220/29	Petrus de Bérardier 1461—91
Gualterus 1229/40	N. de la Houssaye 1488—96
Gulielmus 1248	Bertrandus Dupuis 1495—1513 ²²)
Germanus 1269	commendatarius aemulus:
Joannes 1271	Carolus du Hautbois 1499—1510
Godefridus 1285/94 ²¹)	Joannes Tully-Lefèvre 1513—23
Joannes 1329	Joannes Landry 1523—28
Joannes 1365/72	Gulielmus Maillard 1528—40
Gulielmus 1372/77	Christophorus de Harville 1540—56
Joannes 1378/83	N. Odet de Coligny —1564
Petrus 1383/1404	Renatus de Joigny 1571
Egidius 1405/13	Renatus Peau 1597—1601
Vincentius 1413/16	Adrianus de Gueschard 1603
Joannes Barillet 1430	Cyriacus Gaubourg 1604—12
	Gulielmus de Ciskey 1612—20

²¹) Arch. Dép. Seine-et-Oise, Fonds Neauphle (cf. ISAD Eure-et-Loir, G 3145).

²²) Abbas iste, propter intrusionem commendatarii Hautbois, benedictionem abbatialem videtur recepisse tantum post mortem illius an. 1510 (Vide documentum contemporaneum in Arch. Abb. Averbode, Fonds Boschmans, Farde Grandchamp).

Franciscus de Cocherel 1620—57
Carolus de Cocherel 1658—78 res.
Franciscus Gaspard Antoine 1678—97
N. Antoine 1697—1719
Michael Georg. Fournier 1719—51
Ludovicus Amandus de St. Bron
1751—65
Franciscus Arnaud 1765—84

Antonius Tourteau 1785—90

Inseri nequeunt: (ex necr. loci)
Giraldus † 17. Kal. Dec.
Mathaeus Ob. Praem. 21. IV²³)
Radulfus
Robertus pridie Kal. Febr.

JOYENVAL B. M. V. et St. Bartholomaeus

Gaudii Vallis. — Jan-, Johen-, Joen-, Joe, Joinval, -vallis, -villa, Ioie en Val.
In solitudine silvarum prope St. Germain-en-Laye versus occidentem, com. de
Chambourcy. Dép. Seine-et-Oise, Dioc. Chartres. nunc Versailles.

Abbatia fundata an. 1221/22 a Bartholomaeo de Roye, camerario regio, et Petronilla de Montfort eius uxore. An. 1224 consecratur ecclesia. Anno 1235 declaratur filia Praemonstrati, per decretum Capituli Generalis²⁴). In fine saec. XIII iam possedit jus pontificalium, anno 1300 ei datur canonicatus in ecclesia collegiata de Poissy. Abbatia, quae semper magnas partes egit in Ordine, habuit ecclesias sequentes: Hébertot (1228), Hennemont (prioratus), Ste. Madeleine-de-la Ville-l'Evêque²⁵), et refugium Parisiis. Venerabantur in eius ecclesia reliquiae Stae. Clotildis, quae hoc in loco habuerat mansionem²⁶), et caput Sti. Bartholomaei. Anno 1420 funditus devastatur ab Anglis, una cum vicina arce Montjoie. Tunc abbas Joannes du Hainaut circumivit in toto regno cum reliquiis domus suae, ad obtinendas eleemosynas. Anno demum 1495 tecta resurgunt. Status personalis: 1340: 30, 1766: 12 religiosi. Ab anno 1622 pertinuit ad Circ. Normanniae. Mensa conventualis valuit 7795 Libras, mensa abbatialis autem, quae anno 1698 unita est sedi Carnotensi, 10000. In actu suppressionis an. 1790 erant 1611 libri in bibliotheca. Pulchra ecclesia styli romanici, mox solo aequatur, fundamenta tamen subsistunt. Loco monasterii nunc est castellum.

²³) Forte antea abbas in Abbecourt (1262), cf. DEPOIN, *Chronologie* (v. Abbecourt), Errata 34.

²⁴) Confer insertionem hac de re in Cat. Ninivensem (vide infra in vol. III). HUGO l. c. videtur innuere, archicoenobium fundavisse Gaudiivallem, ergo decretum Cap. Generalis fuisse potius sanctionem status pristini.

²⁵) BMun Laon MS 538 I 42.

²⁶) Eius tempore, hoc quidem in loco, coelitus fertur Francia esse data lilia in stemma, cf. HUGO l. c.

Archivalia: Arch. Dép. Seine-et-Oise, Versailles: 17 capsae 48 H 1/17 (1483 documenta et 2 registra 1203/1789, obituarium saec. XVIII 48 H 1), III Q 14. Cf. MS 68 pp. 101/44 — BMun Chartres MS 195 — BMun Nancy 992/VIII 231/54, X 165 — BN Paris MS FL 5684 — BMun Reims Fonds 2087, f. 37 — BMun St. Germain-en-Laye MS E 153.

Fontes et Litteratura: HUGO I 705, pr. 574/78 — WAEFELGHEM 111, 131 — BEAUNIER/BESSE I 240 — BREQUIGNY V 209, 241, 315 — *CatMSSBDép* IX, XI, XXXIX 2, XLIII — CHEVALIER 1579 — COLLIETTE III 449 — COTTINEAU 1493, 2587 — DARAS ANF 64 — DOUET D'ARCQ ISAN III 8250, 8775/76 — FISQUET *Chartres* cf. ind. — *Formul. Praem.* nr. 61, 63, 68, 107, 122, 276, 295, 301, 309, 314, 316/19, 325, 328 — *Gall. Chr. vet.* IV 456, N VIII 1333 — GOOVAERTS I 56, 263, II 338, III 29, IV 99, 118, 264 — ISAD *Calvados* H 1, p. 6/7 — ISAD *Seine-et-Oise* H 82/84 — LEBEUF VI 272 — LECESTRE 46 — LONGNON *Pouillés* IV 136, 164, 209 — MOLINIER p. 174 — *Ord. Rois de Fr.* V 296/98 — POTTHAST 7141, 8892 — PRESSUTTI 4685 — *Rec. Act. Clergé* II 193, 199, XI, 1111 — STEIN 1758 — TARDIF nr. 794, 850 — VALVEKENS ACG 1498 (*Anal. Pr.* 1939) p. 36 — IDEM, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — *Int. Cherch.* II (1865) 489, 601/02 — BARBIER DE MONTAULT, *Revue des Inventaires*, Lille 1891, pp. 83/85 — A. DUTILLEUX, *L'Abbaye de J.* (MSHAn *Uexin* XIII, 1890, 41/114, t. à p. Versailles 1891) — G. KURTH, *Histoire de Ste. Clotilde*, Paris 1900 — A. LEFEVRE, *La paroisse N. D. de Pontoise dans le passé*, Pontoise 1927, pp. 66/68 — H. LEMOINE, *Barthélémy de Roye, fondateur de l'Abbaye de J.* (*Rev. de l'Histoire de Versailles et de Seine-et-Oise*, Juillet - Déc. 1937, p. 105) — A. MAQUET, *L'Abbaye de J. et l'ancien chateau fort de Montjoie (Industriel de St. Germain, 1875)* — (Ch. ODIOT), *Histoire de la Ville et du Chateau de St. Germain-en-Laye*, St. Germain 1829, pp. 422/28 — J. P. PALEWSKI, *Entre Versailles et St. Germain* (*Rev. de l'Histoire de Versailles et de Seine-et-Oise*, 1936, p. 136) — ROBLLOT/DELONDRE, *Quelques notes sur Hébertot (Calv.), prieuré-cure dépendant de J. depuis 1231* (*Rev. Catholique de Normandie*, 1927 pp. 342/51, 1928 pp. 43/58) — MSHAr *Pontoise Uexin*, XXI, 1899, 66.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. DUTILLEUX)

Ausculphus 1224/27	Fromundus —ca. 1278 res.
Thomas de Poissy 1227/31	Bartholomaeus ca. 1278—93 ²⁷⁾
Simon de Maule † 1239	Petrus de Vitry 1293—99
Joannes 1241/43 (—47?)	Gulielmus 1299—1334
Guillaume de Picardie 1261, † 1268	Gulielmus 1334—47
	Joannes David † 1368 simul abbas in Hermières

²⁷⁾ DEPOIN, *Chronologie des abbés d'Abbecourt* 10.

Petrus de Froidsaints 1368 postea abbas Praemonstrati	Joannes Brutel 1521—25
Joannes 1371, † 1385	Michael Coupson 1525—31 dein abbas in Braine
Beraldus 1385—87	Bartholomaeus Gaugier 1531—41 postea abb. in Valchrétien
Bertrandus 1387—1400 ²⁸⁾	Petrus de Foville 1541—, ante 1555
Joannes Poulain † 1416	Nicolaus de Foville † 1555
Jacobus Elias de Louviers † 1432	Nicolaus Brulart de Genlis 1555—91
Joannes Touppet 1432—40	Carolus Brulart de G. I 1591—1649
Joannes du Hainaut 1440—72	Carolus Brulart de G. II 1649—68 simul abb. in Genlis
Eustachius Beguet 1485/93	Georgius d'Aubusson de la Feuillade 1668—97
Stephanus Goupillon	exinde episcopi Carnotenses:
Beraldus de la Chassaigne † 1498	Paulus Godet des Marais 1697—1709
Jacobus du Moulin 1498—99	Carolus F. des Moutiers 1709—46
Lancelot du Fau 1499—1505	Petrus Aug. B. de Rosset 1746—80
Bertrandus de Gugny ²⁹⁾	Joannes B. de Lubersac 1780—90
Bernardus de la Vernade 1505—09	
Robertus de l'Épée 1509—15	Inseri nequit:
Petrus Marie † 1521	Ulricus (initio saec. XIII)
Joannes de Bailleul 1521 obiit ante benedictionem	Ob. Praem. I. II

MARCHEROUX St. Nicolaus

Stus. Nicolaus in Tiliis. St. Nicolas-en-Thelle, -du Thelle, -de Tiles. Marchasium-, Marchadium-, Marchae-, Marchus Radulphi. Marche-, Marcha-, Marchais-, Marches Raul, -Raoul, -Raoult.

Com. de Beaumont-les-Nonnains, cant. d'Anneuil, arr. de Beauvais. Dép. de l'Oise. Dioc. Rouen, nunc Beauvais.

Abbatia filia Praemonstrati. Fundata an. 1222 ab Ulrico discipulo Sti. Norberti, juxta capellam dictam St. Nicolas-en-Thelle, hodie Jouy-la-Grange. Anno 1145 subditur paternitati Sti. Judoci in Nemore, et relictis in loco sororibus, translata est, auxiliante Ausculpho de Fay, domino de Senots, in locum Marcheroux³⁰⁾. Anno 1192 igne combustum est monasterium, una cum parthenone, qui ab an. 1145 vocabatur Beaumont-

²⁸⁾ ISAD Sarthe H 1002.

²⁹⁾ Canonice electus, possessionem non obtinuit.

³⁰⁾ Legendam explicans originem huius nominis v. apud LOUVET II 56.

les-Nonnains. Filia: Abbecourt. Ecclesiae incorporatae: Marcheroux, in cuius ecclesia abbatiali capella quaedam erat parochialis; Beaumont-les-Nonnains (quas solas administravit). Praeterea: Fresnaux-Montchevreuil, et prioratus Poissy St. Blaise, qui inter an. 1708/20 unicus est mensae conventuali, et qui generatim deserviebatur a canonicis Albaecuriae. Prioratus Ste. Geneviève an. 1249 venundatus est abbatiae Sti. Dionysii OSB³¹). Canoniam habuit integram iustitiam in dominiis Marcheroux, Jouy-la-Grange, Chantoiseau et Longuerue. Ambae mensae valebant 3923 Libras tantum, ideo monasterium raro erat in commenda. Abbates non erant mitrati. Canoniam solo aequata saec. XV, ab an. 1532 reconstructa est. Ecclesia dedicata an. 1536, corruit an. 1615, dein minutius reconstructa. An. 1668 canoniam aggregatur Congregationi Antiqui Rigoris, in qua pertinuit ad Circ. Franciae. An. 1766: 7 religiosi. In actu suppressionis an. 1790: 3 canonici et unus conversus, qui omnes declaraverunt se velle perseverare in statu religioso. In bibliotheca tunc fuerunt 413 volumina. Nunc est praedium, superest totum fere monasterium. Conventus et ecclesia gothica inserviunt ut horrea, et paulatim collabuntur. Pulchra stalla nunc sunt in ecclesia de la Houssoye, altare maius est in Montjavoult.

Archivalia: pauca subsistunt in Arch. Dép. Oise H 5550/54 (an. 1497/1784) et Q (nondum catalog). — Arch. Dép. Calvados H 18, H 30 — Arch. Dép. Seine-et-Oise G 147, 162, 163 — Arch. du Château de Merlemont, dossier des abbayes (2 docum. 1525 et 1702) — BN Paris FL 12742 (extr. obituarii) — BMun Cambrai MS 460 — BMun Nancy 992 XI 103/18, 995 III 51

Fontes et Litteratura: HUGO II 127, pr. 73/75 — WAEFELGHEM 157 — BEAUNIER/BESSE VII 62 — CALONNE (cf. Dommartin) cf. ind. — CANIVEZ II 344 — *Cat. Fact.* cf. ind. — *CatMSSBDép* III, XVII — CHEVALIER 1842 — COTTINEAU 1738, 2620, 3215 — DEMAY *Normandie* 2689 — *Dict. Topographique de l'Oise* (MS) 121 b — DOUET D'ARQ ISAN 8221, 8274, 9312 — DUPLESSIS II 312/14 — DUPRE *Ann. Brev.* 11 — FISQUET 479 — *Gall. Chr.* N. 328/33 — GOOVAERTS I 289, 590, II 62 — JAFFE 9053 — LECESTRE 48 — LONGNON *Pouillés* II 57, 59 — MIGNE PL t. 180 c. 1221 — MOLINIER 172 — *Neustria Pia* 700/01 — VALVEKENS ACG 1498 (*Anal. Praem.* XV) 36 — IDEM, *Chap. Gen. Despr.* cf. ind. — IDEM, *Doc. Prém.* I 218 — Th. BONNIN, *Le Cartulaire de Louviers*, Evreux/Paris 1870/83, I 98/99 — P. LOUVET, *Histoire et Antiquitez du diocèse de Beauvais* (2a ed. Beauvais 1635) II 56/58 — A. SABATIER, *L'Abbaye de M. de l'Ordre de Pr.* (MSAr Oise VI, 1865, 614/23) — *Précis statistique sur le canton d'Anneuil, arr. de Beauvais* (*Annu. de l'Oise* 1831, p. 41).

³¹) Situs erat prope Sérifontaine, inter Gisors et Neufmarché (DUPLESSIS II 313). Videtur ibi fuisse parva communitas.

Series abbatum

Duae sunt traditae series, quae tantopere discrepant, ut saltem partim, ambo iunctim adducamus. Prima desumpta est ex HUGO, et secundum necrologiā, fide dignior esse videtur quoad prima saecula. Secunda congesta a Cl. ESTIENNOT, inserta est in Gall. Chr. Cum constet eam ab anno 1400 esse fideliozem alteri, ei et stamus ab hoc anno, nisi aliter notetur.

HUGO

Ulricus 1147
 Werricus 1162/72
 Hugo 1173/79
 Arnulphus 1180/83
 Ivo † 1196
 Gulielmus 1198, † 1207
 Balduinus † 1215
 Adam 1220/26
 Odo † 1232
 Petrus † 1240
 Reginelmus 1249
 Joannes Pignart 1250
 Simon 1259/62
 Hugo 1278
 Garnerius 1281
 Petrus 1290
 Renatus 1302
 Petrus du Bours † 1319
 Robertus 1320
 Petrus 1343
 Ancellus de Monceaux † 1346
 Joannes de Plois † 1352
 Reginaldus de Pontoise † 1360
 Ingelramus de Bachefort sive
 Brasdefer † 1377
 Petrus de Fleury 1379—82
 Gulielmus Tabouret † 1383
 Stephanus Bongre † 1385
 Joannes d'Aumale † 1392
 Jacobus Bruel 1392

ESTIENNOT

Ulricus 1122—62
 Werricus 1162—74
 Hugo 1174—83
 Arnulphus 1183—85
 Gualterus 1185—92
 Robertus 1198—1203
 Garnerius 1203—09
 Adam
 Gulielmus —1233
 Adam 1234
 Renelmus 1249
 Odo ca. 1249/52
 Petrus —1265
 Joannes Pignart 1265—69
 Hugo 1270
 Balduinus † 1270
 Ravelinus 1272—78
 Odo † 1286
 Petrus du Bours 1286—1319
 Ansellus de Monceaux † 1346
 Adam de Sergny 1346—61
 Ingelramus Brasdefer 1361—77
 Joannes d'Aumale 1377—92
 Guido 1392—1401
 Reginaldus de Pontoise 1401—15
 Petrus de Fleury 1415—22
 Stephanus Le Bongre 1422—24 res.

series correctae

Dionysius depos. ca. 1395 ³²⁾	Florentius de Morel OSB 1617—25
Martinus Jolant ca. 1395— ³³⁾	Dionysius David 1630/49
Petrus Pasquier —ca. 1422 ³⁴⁾	Carolus Boulanger 1654 res.
Gulielmus Tabouret 1426—30 res.	Ludov. Lecomte de Montanglan 1663/65 res.
Joannes du Plois 1430—36	Ludov. Hely 1668/69 postea abb. in Clairefontaine
Joannes Brunel —1437 ³⁵⁾ dein abbas in Abbecourt	Joannes Doucet de la Houssoye 1669— antea abb. in Clairefontaine
Petrus de St. Just —1440 ³⁶⁾	N. Paillot non confirmatus
Gulielmus de Neuville d'Omout 1440—45 res.	Franciscus Charton de la Terrière † 1693
Petrus de Canville 1445—52 ³⁷⁾	Philippus Seguin 1693—1708
Joannes Chevalier 1452—62 ³⁸⁾	Dagobertus Millet 1708—20
Robert Petit 1462—76 ³⁹⁾	Joannes Franc. Hyan 1720—23
Joannes Carpentier 1476—78 ⁴⁰⁾	Josephus Montginod 1723—27
Robertus Vautier † 1484 ⁴¹⁾	Ludovicus Montginod 1727—53
Joannes de Quenouilles † 1519 ⁴²⁾ simul abbas in Ressons	N. Clement 1753—71
Bertinus Domin 1519—32 ⁴³⁾	Petrus Nicolaus Fossard 1771—84 ⁴⁴⁾
Joannes Bochetel 1535/36 res.	J. Claudius du Bardon du Méage 1784—90 ⁴⁵⁾
Renatus de Gaats res.	
Carolus Chenu de Mornay —1586	
Ludovicus de Mornay OSB 1595-1617	

³²⁾ *Form. Pr.* 156. Ambae series hunc abbatem omittunt.

³³⁾ *Form. Pr.* l. c. HUGO: Martinus 1404. ESTIENNOT nescit.

³⁴⁾ DEPOIN, *Chronologie des Abbés d'Abbecourt* p. 13. Videtur esse idem ac Petrus de Fleury, quem habet ESTIENNOT. HUGO nescit.

³⁵⁾ DEPOIN l. c. (obiit 1460), et HUGO. ESTIENNOT: 1478—80.

³⁶⁾ HUGO: † 1398, quod videtur esse erroneum.

³⁷⁾ HUGO: Petrus de Camille † 1415.

³⁸⁾ Cf. DEPOIN l. c. HUGO nescit.

³⁹⁾ HUGO: † 1503.

⁴⁰⁾ HUGO: 1459/77.

⁴¹⁾ Sic HUGO. ESTIENNOT: 1480—83.

⁴²⁾ HUGO: † 1520. ESTIENNOT: 1499, † 1519.

⁴³⁾ Abhinc ambae series concordant.

⁴⁴⁾ Arch. Dép. Oise H 5551.

⁴⁵⁾ Ibidem.

RESSONS B. M. V.

Ressonum, -unum, -onium. Roi-, Raisuns, Raissuns, Ressuns, Roisons, Raisson, Reçon, Arson, Arçon. Boni Homines de R. — Ressons-l'Abbaye, -en-Vexin, -en-Thelle. Vitetur confusio cum R.-sur-Matz, ubi numquam fuit monasterium ullum (Arr. Compiègne).

Cant. de Noailles, arr. de Beauvais, Dép. Oise. Dioc. Rouen, nunc Beauvais.

Abbatia fundata anno 1125 in loco Aumont tamquam prioratus duplex abbatiae Sti. Joannis Ambianensis. Versus an. 1150 fit abbatia. Anno 1221 transfertur in Ressons, relictis monialibus in Aumont. Dotatio facta est a toparchis de Aumont, et a dominis d'Ybouvillers. Prioratus: Bois-mont, de quo supra. Parochiae incorporatae: Ybouvillers, Ste. Anne de Nouveaulieu (primitus prioratus, an. 1734 abbatiae unitus) et Ressons, ubi altare BMV in ecclesia abbatiali erat „parochiale“. Habuit justitiam integram. Reditus annui: 3776 Libr. An. 1561 commenda. An. 1653, cum esset ruinata tota quanta, aggregatur Congregationi Antiqui Rigoris, in qua pertinet ad Circ. Franciae. Nova ecclesia construitur an. 1715, monasterium ab an. 1730. An. 1766: 6 religiosi, an. 1790, in actu suppressionis, 7 canonici et unus conversus. In bibliotheca tunc erant 1700 volumina. Ressons destinatum est in „domum centralem“, religiosi de Marcheroux debuerunt eo transferri, sed noluerunt. Supersunt ruinae modicae monasterii, et ecclesia mutilata, quae raro adhuc inservit cultui. Altare nunc est in Noailles.

Archivalia: Inventarium minutum archivi interea amissi (an. 1790) in Arch. Dép. Oise, ubi supersunt 81 fasciculi (H 5901/82). Cf. Sér. Q (nondum catalog.) — Arch. N. Paris L 1002 — Arch. Dép. Orne H 18 — Arch. Seine-et-Oise G 147, 162 — BMun Nancy 992/XIV 81.

Fontes et Litteratura: HUGO II 649 — WAEFELGHEM 207 — BEAUNIER/BESSE VII 62 — BOUTARIC II 764 — *Cat. Fact.* V 103, cf. ind. — COTTINEAU 2102, 2450 — DARAS 75 — DELISLE *Roul.* 468 — DEMAY *Normandie* 2703 — *Dict. Top. Oise* 172 b. — DOUET D'ARCQ ISAN 8356 — DUPLESSIS II 320/22 — FISQUET 483 — *Form. Pr.* nr. 62 — *Gall. Chr.* XI 337 — ISAD *Oise* G 33 — GOOVAERTS IV 284 — LECESTRE 48 — LONGNON *Pouillés* II 57, 59, 61 — MARTENE/DURAND *Voy. Litt.* (2e part. 1717) p. 153 — VALVEKENS ACG (*Anal. Praem.* XV) 39 — L. PIHAN, *Tombeaux de Ressons-l'Abbaye en 1674* (*MSAcOise* XXI, 1910, 274/93) — *Précis historique sur le canton de Noailles* (*Annu. de l'Oise* 1842) 98/101⁴⁶⁾

⁴⁶⁾ Vita et fata ultimi prioris HENRI, exulis in Germania, an. 1865 a BALLMANN in Münster sunt edita (germanice).

Series abbatum (Nisi aliter notetur, sec. Galliam Chr.)

Petrus 1150/72	Joannes B. A. Bazin de Bezons 1681, † 1721
Rotholdus † 1185	Joannes B. Dubos 1722—42
Gulielmus d'Ybouwillers ca. 1177/92	Alexander J. de Vanolles 1742—57 ⁴⁷⁾
Hugo 1193	Joannes B. Salignac de la Motte- Fénélon 1758—73 ⁴⁷⁾
Balduinus 1202	N. de l'Escure 1773—90 ⁴⁷⁾
R 1209	
Henricus 1237	Inseri nequeunt (ex Nocr. loci, sec. Gallia)
Petrus † 1248	
S 1248—	Theodoricus du Déluge 10. VIII
Rigaldus 1265—76	Joannes du Déluge I 13. II
Paulus de Court-Dimanche ca. 1352/75	Joannes du Déluge II 26. IX
Robertus de Louvres † 1392 simul abbas in Abbecourt	Joannes 10. V
Petrus de Val-Engoujart † 1407	Joannes 3. VI
Ludov. de Sablonnières 1407—39	Gulielmus Le Pesqueur 7. VII
Eustachius Périn 1457, res. 1466	Joannes de Hodenc 27. VII
Philibertus de Falaise 1466—76	Ingelramus 3. VIII
Christianus Buignon 1476/79	Herbertus 28. VIII
Bernardus de Montreuil 1485/92	Godefridus 5. IX
Joannes de Quenouilles 1499/1519 simul abbas in Marcheroux, ab an. 1514 commendatarius	Ainfridus
Bernardinus de Vauldray 1524/42	Radulfus
Franciscus de St. Phal 1542—48	Gulielmus de Flavécourt
Christophorus de Tilly 1549—56	Petrus Morel
Robertus Le Camus 1557—61	Gulielmus Le Seigneur
Adiutor de Tilly 1561 res.	Nicolaus Tandelier
Claudius de Montmorency 1565	Petrus
N. de Montmorency 1577/93	Radulfus
Franc. de Montmorency 1604	Odo
Hilarius Hamelier —1625	Joannes
Petrus de Broc St. Mars 1625—71	Radulfus
	Eustachius 1187 ⁴⁸⁾

⁴⁷⁾ *Alm. Royal.*

⁴⁸⁾ HUGO. *Sec. Galliam Chr.*, hoc anno non est ei locus.

